



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 Vtrum scismatici habeant aliquam potestatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

QVAEST. XXXIX.

tollit bonitatem ab ipso, quantum in se est: secundum autem effectum tollit unitatem Ecclesiarum a seipso. Ad hoc enim efficiatur operari, ut in ipso non sit unitas Ecclesiarum, ut ipso non sit pars collectionis catholicarum.

¶ In eodem articulo aduertitur quod quia bonum confurgit ex ea-

sa integra apud Diony. 4. cap. de diuinis nominibus, malum autem ex singulis defectibus: ideo ad habendum hoc bonum, quod est esse membrum Ecclesiarum catholicarum, exiguntur duo. Primo quod se habeat ut pars illius in credendo, sperando, amando, sanctificando &c. Secundo, quod substat Romano potissimum, ut caput Ecclesiarum catholicarum. Propter quod in litera dicitur quod unitas Ecclesiarum consistit in communitate membrorum, & hoc quantum ad primum. Fit enim hoc per hoc, quod omnes sunt complices unius, & in ordine omnium ad unum caput, & hoc quantum ad secundum. Sed ad incurandum hoc malum, quod est esse schismatis, sufficit alterum illorum, scilicet deficere a subiectione capituli, vel communione cœuniuersitatis. Et propterea in litera subdatur hec duo gressus schismaticorum, ut ibi patet.

¶ In eodem articulo dubium occurrit, An persona veri certi, & indubitate Papae possit esse schismatica.

Et videatur quod non, quoniam ab unitate capituli deficere non potest, quia ipse est caput: ab unitate quoque Ecclesiarum deficere non potest,

quoniam Ecclesia est in ipso, iuxta illud Cypriani 7. quæst.

Scire debes, Scire debes episcopum in Ecclesia esse, & Ecclesiam in Episcopo, & si quis

cum episcopo non sit, in Ecclesia non esse.

¶ In oppositum autem est, quoniam Papa potest incurrire in heresim, & conuenienter in schismate: quia omnis hereticus est schismaticus, licet non contrarie.

¶ Ad hoc dicimus, quod licet diversæ sint hic opiniones, absque dubio tamen patet, quod Papa persona crimen schismatis erit sine heresi incurre re potest. quod probatur ex eo, quod additio partium, sine quibus totum falsum potest, cum ipso totaliter est indissolubilis: sed adiutoria persona Papa cum toto id est, Ecclesia, est talis scilicet, quod sine ipsa Ecclesia falsum in sua unitate, ergo persona Papa potest dissolire. Se ab Ecclesia unitate: hoc autem est esse schismatum. Minor patet, ex eo, quod fidei unitate Ecclesia est una sine ulla persona Papa. Contingeret autem hoc in animo quidem Papæ, si nollet communicare cum Ecclesia, ut pars illius, ut capitulum illius in spiritualibus: sed habere se datum ut dominus temporalis: in opere vero, si factò hoc faceret, nollet si excommunicare praesumeret Ecclesiam. Constat namque, quod in huiusmodi mala posset persona Papa incidere, ac-

ARTIC. III.

F per hoc vere schismatis esse. ¶ Ad primum autem in oppositum dicitur, quod est ipse Deus: & ideo ista peccata sunt minora quam infidelitas. Sed ordinum Dei, quod opponitur charitati, quantum ad principale obiectum, non est minus: tamen inter peccata, quae sunt in proximi, peccatum schismatis uidetur esse maximum, quia est contra spirituale bonum multitudinis.

ARTICULVS III.

Vtrum schismati habeant aliquam potestatem.

A D TERTIVM sic proceditur.

Videtur, quod schismati habeant aliquam potestatem. Dicitur. Aug. in lib. contra Donatistas. Si cut redeentes ad Ecclesiam, qui priusquam recederent, baptizati sunt non rebaptizantur: ita redeentes, qui priusquam recederent, ordinantur, non utique rur sibi ordinantur: sed ordo est potestas quædam ergo schismati habet aliquam potestatem, quia retinent ordinem.

¶ Præter Aug. dicit in lib. de unicco baptismō. Potest sacramentū tradere separatus, sicut potest habere separatus: sed potestas tradendi sacramentum est maxima potestas. ergo schismati, qui sunt ab Ecclesia separati, habent potestatem spiritualem.

I ¶ Præter. Virbanus Papa dicit, quod ab Episcopis quondam catholicis ordinatis, sed in schismate a Romana Ecclesia separatis, qui conscribuntur, eos cum ad Ecclesias in unitate redierint, seruat propria ordinibus, misericorditer fulcipit in bens, si cos uita, & conscientia commendat: sed hoc non efficit, nisi ipsi ritualis potestas apud schismaticos remaneret. ergo schismaticos habent spiritualem potestatem.

K in terris timerit ultorem. Cum quis autem Papam iudicium ex parte sui officii reculat, non respondeat, quoniam hoc credat, tunc propter iuxta hunc sensum intelligenda sunt utræcumque papalium. Inobedientia enim quoniamque personæ tuit schismata, nisi sit rebellio ad officium Papæ, ut renunt illi subesse, illum recognoscere in unitate.

I N reliquo entidem queratur, nihil lenocinatur in 3. articulo, notetur distinctione potestas ordinis, quod ad originem, & permanentem, illa per se est, per similem hominis inunctionem. Secunda est, illa autem a voluntate hominis potest.

¶ In quarto autem aduertitur, quod fides permanentio propter suam necessitatem, non potest, non

num a potente illud bene exhibere, nisi unita schismatis articulo, baptizatum a schismatico existat, nonna

na a potente illud bene exhibere, si nullus

SED CONTRA est, quod Cyprianus * dicit in qua dam epistola, & habetur 7.q.1.c. Nouatianus. † Qui nec unitatem, inquit, spiritus, nec conventionis pacem obseruat, & se ab Ecclesia uiinculo, & a sacerdotum collegio separat, nec Episcopi potestatem habet reportet, nec honorem.

RESPON. Dicendum, quod duplex est spiritualis potestas. Vna quidem sacramentalis: alia iurisdictio- nalis. Sacramentum quidem potestas est, qua per ali quam consecrationem conferuntur. Omnes autem con- ferationes Ecclesie sunt immobiles manente re, que coegerunt, sicut etiam pater in rebus inanimatis: nam altare femei consecratum, non consecratur iterum, nisi fuerit dissipatum. Et ideo talis potestas secundum suam efficientiam remanet in homine, qui per consecrationem ea est adeptus, quamdiu vivit, siue in schismate, siue in heresim labatur: quod patet ex hoc, quod re diens ad Ecclesiam, non iterum consecratur. Sed quod potestas inferior non debet exire in actu, nisi sum quod mouetur a potestate superiori, ut etiam in rebus naturalibus patet: inde est, quod tales usum proprium amittunt, ita scilicet non licet eis sua potestate uti. Si tamen fuerint, corum potestas effectum habet in sacramentalibus, quia in his homo non operatur, nisi si- cut instrumentum Dei: unde effectus sacramentales non excludunt propter culpam quamcumque, co- ferentes sacramentum. Potestas autem iurisdictio- nalis est, quae ex simplici iniunctione hominis con- fatur, & talis potestas non immobiliter adhaeret: unde in schismaticis, & hereticis non manet. Vnde non possunt nec absoluere, nec excommunicare, nec indulgentias facere, aut aliqd huiusmodi: quod si fecerit, nihil est actu. Cum ergo dicitur, tales non habere potestatem spiritualem, intelligendum est vel de potestate secunda: vel si referatur ad primam potestatem, non est referendum ad ipsam efficientiam potestatis, sed ad legitimum usum eius. Et per hoc patet, responsio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum sit conueniens pena schismaticorum, ne excommunicentur.

AD QUARTVM sic proceditur. Videtur, quod poena schismatis non sit conueniens, ut excō- centur. Excommunicatione enim maxime separant hominem a communione sacra- mētorum: sed Aug. * dicit in libro contra Donatistas, quod baptismus potest recipi a schismatico. ergo uidetur, quod excommunicatio non est conueniens poena schismatis.

¶ 2 Prat. Ad fidèles Christi pertinet, ut eos qui sunt desperati, reducant: unde contra quodam dicitur Ezech. 34. Quod abiectum est, non reduxisti: quod perficerat, non quæsistis: sed schismatici conuenientius rediuntur per aliquos, qui eis communicent. ergo uidetur, quod non sint excommunicandi.

¶ 3 Prat. Pro eodem peccato non infligitur duplex poena, secundum illud Naum. 1. Non iudicabit Deus in idipsum: sed pro peccato schismatis, aliqui pe- na temporali puniuntur, ut habetur 23.* q.5. vbi dicitur. Diuinæ, & mundane leges statuerunt, ut ab Ecclesia unitate diuisi, & eius pacem perturbantes, a facultibus potestatibus comprimantur. non ergo sunt puniendi per excommunicationem.

SED CONTRA est, quod Num. 16. dicitur. Recedi- te a tabernaculo hominum impiorum, qui felicitate schismatis fecerunt: & nolite tangere ea, quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis corum.

ARESPON. Dicendum, quod per quæ peccat quis, per ea debet puniri, ut dicitur Sap. 11. Schismaticus autem, ut ex dictis patet * in duobus peccat. In uno quidem, quia separatus a communione membrorum Ecclesie: & quantum ad hoc conueniens poena schismaticorum est, ut excommunicentur. In alio vero: quia subdi, recusant capitii Ecclesie, & ideo quia coerceri nolunt per spiritualem potestatem Ecclesie, iustum est ut potestate temporali coerantur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod baptisatum a schismaticis recipere non licet, nisi in articulo necessitatibus: quia melius est de hac uita cum signo Christi exire, a quo cumque detur, etiam si sit Iudeus, vel Paganus, quia sine hoc signo, quod per baptismum confitetur.

AD SECUNDVM dicendum, quod per excommuni- cationem non interdicunt illa communicatio, per quam aliquis salubribus monitis diuisos reducit Ecclesie unitatem: cum etiam ipsa separatio quadammodo eos reducat, dum de sua separatio- ne confusa, quandoque ad poenitentiam reducun- tur.

AD TERTIVM dicendum, quod penae praesentis vita sunt medicinales: & ideo quando una pena non sufficit ad coercendum hominem, superadditur altera. Sicut & medici diuersas medicinas corporales opponunt, quando una non est efficax. Et ita Ecclesia quando aliqui per excommunicationem sufficienter non reprimuntur, adhibet coercionem brachii secularis: sed si una pena sit sufficiens, non debet alia adhiberi.

QVAESTIO XL.

Super quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de bello.

Et circa hoc quæ- runtur quatuor.

¶ Primo, Vtrum aliquod bellum sit licitum.

¶ Secundo, Vtrum clericis sit li- citum bellare.

¶ Tertiò, Vtrum licet bellan- bus uti infideli.

¶ Quartò, Vtrum licet in diebus festiū bellare.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum bellare sit semper peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur.

Videtur, quod bellare semper sit peccatum. Poena enim non infligitur, nisi pro peccato: sed bellatibus a Domino indicata pena, secundum illud Matth. 26. Omnis qui acceperit gladiū, gladio peribit. ergo omne bellū est illicitum.

¶ 2 Prat. Quicquid contrariatur diuino precepto, est peccatum: sed bellare contrariatur diuino precepto.

¶ In oppositum autem est, quia princeps in litera summa ut distinguit contra priuatum personam, ut patet in litera. Constat autem quod non omnis taliter princeps careret superiori.

Præterea

*Infr. q.6.4.1.
ar. 1. ad 3. &
q. 4. 42 ar. 2.
ad 1. & q. 6.
66. art. 8. ad
1.*